damaſum · Canoneſ quoſ euſebi⁹ ceſa
rienſiſ epc̄ alexandrinum ſecutuſ
ammoniū in decem numeroſ ordi
nauit . ſicut in greco habentur expſſi
muſ · Quoſ cū legiſ ſimilitudine eu
gliſtarū ₇ ſingularitateſ ſcire ualebiſ ·
In canone primo cōcordant omſ · In ſe
cundo treſ · mathꝭ · marcuſ · lucaſ · In
tercio treſ · mathꝭ · lucaſ · iohēſ · In quarto
treſ · mathꝭ · marcuſ · iohēſ · In quinto
duo · m · l ; In ſexto duo · m · m ; In ſepti
mo duo · m · i ; In octauo duo · m · l ; In
nono duo · l · i · In decimo ppria ſunt
unicuiq; · Singliſ ū libriſ eu̅glīj · ab
uno incipienſ uſq; ad finem librorū
diſpar numer⁹ increſcit · hic nigro
colore ſcript⁹ ſub ſe hŧ aliū ex minio
numerū · qui uſq; ad decem pcedēſ
indicat por numer⁹ in quo ſit cano
ne requirendus. Cū g͛ apto codice
capłm ſcire uolueriſ cui canoniſ ſit
ex ſubiecto minio docebiſ · ₇ recurreſ
ad uolumina ſinglorū repieſ in qbuſ
uł eadem · uł uicina dixerunt · Huc uſ
q; iterauimuſ; Incip̄ plogꝰ · Luce

Q uoniamqdem multi cona
ti ſunt ordinare narratio
nem que in nobiſ cōplete
ſunt rerum ſicut tradiderunt nob
qui ab initio ipſi uiderunt ₇ miniſt
fuerunt ſermoniſ · uiſum ē ₇ m̄i aſſecu
to a principio omīa · diligenter ex ordine
tibi ſcribe optime theophile · ut co
gnoſcaſ eorū uerborū de quib; erudit⁹
eſ ueritatem · Multi ū tā numeroſi
tate qm̄ hereſum diuſitate ut baſili
deſ ₇ appelleſ · temeraria pſūptione co
nati ſunt ſcribe de reb; nr̄e ſalutiſ q̄
in nobiſ adō cōplete ſunt ₇ redūdāt ·
Quod redundat nulli deficit · ₇ de cō
pleto nemo dubitat · cū fidem effect⁹
aſtruat · Itaq; cōpletū euglm̄ redun
dat p uniuerſum mundum mētes fi
deliū rigans ₇ confirmans · Conatur
autē qui incipit nec pficit · qui ſuiſ
uirib; ū grē dī que irrigat confidit ·
Non conatur qui diuino ſpū reſ ₇ di
cta miniſtrante cepta cōplet · Qui
ab initio tam corporeo quā mētiſ intu
itu uiderunt reſ factaſ a dño ₇ mi
niſtri fuerunt ſermoniſ uerbo ₇ ex
emplo docendo tradiderunt nobiſ · Nō
ſolum marc⁹ ₇ lucaſ auditu didice
runt q̄ ſcriberent · ſ; etiā mathꝭ ₇
iohēſ multa de infantia · pueritia ·
genealogia ſaluatoriſ aliiſ narranti
buſ didicerunt · Uiſū ē m̄i ſcribe ſpū
ſcō inſtigante cuiꝰ grā gerit̄ · ut id
quod bonum ē nobiſ etiam bonum
uideatur · Aſſecutum quidē ſe non

pauca dicit sed omnia · id est multa de quibus que ad fidem legentium confirmandam crederet idonea scripsit · Theophilus interpretatur amans deum uel amatus a deo · Quisquis ergo amat deum siue a deo se desiderat amari · obediat euangelio tam quam sibi scripto · heretici noua promittunt · sed theophilo uerborum de quibus eruditus est ueritas exprimenda promittitur · Incipit unum ex quatuor seu concordia euuangelistarum.

IN PRINCIPIO · erat uerbum · et uerbum erat apud deum · Et deus erat uerbum · hoc erat in principio apud deum · Uerbum · id est sapientia nata disponens omnia erat in principio rerum scilicet creandarum ante quam aliquid fieret · In hoc uidelicet eternaliter erat uerbum ut esset principium id est origo et causa futurorum · quod quidem ipsum de se met ipso ait · Ego principium qui et loquor uobis · Ac si dicat · Ego sum illa superna sapientia in cuius dispositione omnia prius conduntur ante quam compleantur opere · Unde et scriptum est · Qui fecit que futura sunt · Et alibi · Omnia in sapientia fecisti · Hoc autem uerbum a quo natum sit id est cuius sapientia sit determinat euangelista dicens · Et uerbum erat apud deum · tamquam sapientia in ipso cuius est · Ac ne sapientia ista dei aliud quam deus putaretur · sicut hominis uel angeli sapientia aliud est quam homo ipse uel angelus cui per accidens inest · addit · Et ipsum uerbum erat deus · Tria disiunctim dixerat · illa coniunctim recapitulat ut ad sequentia transeat · Hoc scilicet uerbum existens deus erat in principio apud deum · Quarum autem rerum ipsum uerbum esset principium ostendit · scilicet omnium naturarum per ea factarum · Et hoc est · Omnia per ipsum facta sunt · Omnis creatura et corporea et incorporea · omne quod naturaliter inest substantiis · ueluti quantitas · qualitas · motus et cetera per deum uerbum ceperunt esse · Malum uero non est factum per ipsum · quia nulla specie continetur · nulla natura sua subsistit · sed solum priuatio boni est · Sicut enim naturalis luminis absentia cecitas dicitur oculi · et sicut tenebre lucis absentia sunt · et media comestionis exclusio · ita malum dicimus absentiam boni · quod si adesset creature rationali naturaliter competeret · Etenim cum uoluntas in mente nascitur · motus quidem naturalis est · et si gratia presens fuit que libero arbitrio cooperetur uoluntatis motum dirigendo et ordinan